



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Grves. Idem lib. 5. hexam. cap. 15. Descriptio LXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

H I R V N D O.

Ex D. Ambrosio hexam. lib. 5.
cap. 17.

Descriptio L X V I I.

Hirundo minuscula corpore, sed egregie pio sublimis affectu, quæ indiga rerum omnium, pretiosiores auro nidos struit, quia sapienter ædificat. *Nidus enim sapientie pretiosior est auro, & cætera, de quibus alibi dictum.*

G R V E S.

Idem lib. 5. hexam. cap. 15.

Descriptio L X V I I I.

Manifestum sane est, in Septentrionallem plagam, hycme grues frequentissimas conuolare: nec pigerit meminisse, quatenus expeditiones suas dirigant.

Sub quodam militiæ eunt signo, & ne pregentibus ad destinata vis flauum renitatur, arenas deuorant, sublatisque lapillis ad moderatam grauitatem seburantur; tunc se tollunt in altissima, vt de excelssiore specula metentur, quas petant terras. Fidens meatu præit cateruas: volatus desidiam castigat voce, quæ cogit agmen. Ea vbi fatigata est, succedit alia: Pontum transituræ angustias captant, & quidem eas promptum est oculis deprehendere, quæ inter Taurinam sunt, & Paphlagoniam, id est, inter Caramben, & κριόν μέτωπον. Cum trans medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcina pedes liberant. Ita nauaræ prodiderunt, compluti sapè ex illo casu, imbre saxatili; arenas non prius euomunt, quàm securæ sedis suæ fuerint: concursu cura omnium pro fatigatis, adeo vt, si quæ defecerint, congruant vniuersæ, & lassas sustollant, vsque dum vires otio recuperentur, nec in terra cura segrior; excubias nocte diuidunt, vt exsomnia sit decima quæque. Vigiles ponduscula digitis amplectuntur, quæ si fortè exciderint, somnum coarguant; quod cauendum erit, clamore indicant: ætatem in illis prodit color, nigrescunt enim senectute.

A P E S.

Ex D. Gregorio Nazianz. orat. 34.

Descriptio L X I X.

Ποδὲν ἢ μελίσσαις τε, καὶ ἀράχλαις τὸ φιλεργόμ. καὶ φιλότεχνον, ἵνα ταῖς αὐτὰ κρήναι πλέκται, καὶ συνεχῆται δι' ἄγγων συνίγγων, καὶ ἀντιρρόφων; καὶ τὸ ἑδραῖον αὐταῖς. διὰ τὸ μέσῃ διατειχισματῶ, καὶ ἀλλαγῆς ἐπιπλεκομένων ταῖς εὐθείαις τῶ γωνιῶν πραγμάτων ἡλῆαι, καὶ ταῦτα ἐν ζοφῶσις οὐρανῶσι σίμελαις, καὶ ἀοράτοις τῶσι πλάσμασιν.

Vnde apibus, & araneis tantus laboris, atque industriæ amor, vt & illæ fauos construant, ac sexangularum fistularum, sibi que inuicem ex aduerso respondentium adiumento contineant, & per intermedium parietem, atque angulos, & relictis lateribus alternatim inuexos, domicilium suum fulciant, idque in tam caliginosis aluearibus, obscurisque figmentis.

C V L E X.

Descriptio L X X.

In magnis siquidem corporibus, aut certe

maioribus, facilis officina sequaci materia fuit, in his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio? quanta vis, quam inextricabilis perfectio? & sunt alia dictu minora, sed vbi visum in eo